

## M0007897: Illustrations and text from Butlan: Tacuini Sanitatis (1531)

### Publication/Creation

10 June 1941

### Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/u6gr5jaw>

### License and attribution

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

## Opiniones Philosophorum.

## Electioes, &amp; Proprietates.

**Ebrietas.** Vini potus, est res extra naturam: eo quod spiritus animalis uint uaporibus turbatur, & sensus, uirtutes, & operationes ipsorum concurrunt horribili cursu precipites: ita quod uinum ostendit ea quae in sobrietate erant horribilia, in ebrietate grata. Et istorum aliqui naturaliter prouocantur ad iram, propter ebrietatem. Quidam stultizant absq; ratiōne, & causa. Et quidam exuberant in læticia. Et aliqui reputant se habere sapientiam, & non ebrietatem: et possibile est accidere, ut disputerent in Legibus.

**Vomitus.** Aliquis de necessitate contingit: & aliquis est uoluntarius. Voluntarius est, sicut accidit uentibus uomitu ad mundificationem corporis. Aut per medicinam, sicut per Anetum. Aut absq; medicina, sicut accidit ipsa non uentibus. Qui uero accidit ex necessitate, accidit ex nōcumento expulsiā uirtutis existentis in stomacho, Aut in sanitate, sicut accidit ebris, Aut in ægritudine, sicut accidit in crisiis, & diebus Canicularibus.

**Raphani, & similia.** Eligitur uomitus post exercitiū, balneum, & post potum syrapi aceris facti cum seminibus, post comedionē pīctū salitorum cum sinapi, & ferculorū, quae dicuntur Strydebeng, melōnum, raphanorū, seu radicum: & post comedionē de duabus horis, debet prouocari uomitus, istis assumptis, potando aquam aneti, aquā mellis, seu aquam calidam cum oleo sisamino: & bibendo uina diuersa, dulcia uidelicet & acetosa multoties. Deinde assumatur penna infusa in oleo, qua in gutture posita euomatur. Post uomitum uero lauetur os cum uino, & aqua rosacea. Deinde recipiatur dosis una de syrupo de pomis: & abstineat a cibo usq; ad consimilem horam alterius diei: deinde comedatur, & uomatur.

**Somnus.** Prolixus Somnus debilitat uirtutē & calorē naturalē. Et Somnus breuis tpiis, flegma gnat, et corpus extenuat. Mediocris uero excitat uirtutes, et calorē naturalē, et efficit cogitationes bonas. Somnus attamē diuersificat secundū diuersitates assumptionis. Quia si fuerint in corpore uirtutē separantes, erit possibile, qd uirtus pereat: ppter qd iniungat post cibos assumptionē, multiplicantib, et sistentibus in principio paraxismorū febrī, qd non dormiant, donec assumpti cibi plenitudo resoluatur, & alleuietur subsequenter. Quod si uacuū fuerit corpus, somnus infrigidat ipsum, & desiccabit, & uirtutem ipsius debilitat.

**Confabulator.** Debet recitator fabulae boni esse intellectus, in scientijs ipsius generis fabularū, in quibus delectat animus, potens abbreuiare, et plongare cum uoluerit. Fabulae sermones ipsos ornare, cōtinuare, & ordinare, ut cōuenit. Nec mutet suā effigiem in ipsa confabulatione, nec plixitate sermonū uarie confabulatoris intentio. Sit uero cōfabulator ipse boni modi, et bonae curialitatis, potēs sustinere uigilias, scrutator sermonū, hostiora Regū, & sermonū delectabiliū, et risum puocantiū: & uersuū, et Rithmorū cōscius: ut propter ea Rex assumat plenitudinē gaudiorū. Nam propter hæc meliora digestio eius, & mūdificabit spūs, et sanguis ipsorū, et uacabit a uarijs cogitatōib, et efficit bonę maneriei in rūorib, et euērib, supeminētib, ei.

**Confabulationes insomnis.** Sermones confabulationum ut plurimum sunt de præteritis: qui aut sunt ueri, aut falsi, aut similes eis. Et diuersantur, aut iuxta desyderia intendentis. sicut sunt historæ Amatorum, sicut Tristrandi, & Isalæ, & Paridis, & Helenæ. Aut iuxta delectationem, aut iuxta desyderia intellectus. sicut in scientijs, curialitatibus & historijs Alexandri, & similibus. Aut de pertinentibus iracundiae. sicut bella, & prælia, & expugnationes castrorum, ciuitatum, & his similia confabulationes sunt de genere accidentium animæ.

**Vigilie.** Hæ naturaliter laxant corpus, & uirtutes naturales, animales, calorem naturalē, & cordis caliditatem ad exteriora mouentes, per quos uigorantur sensus, & motus uoluntarius, unde interius cor infrigidabitur, exterius calefiet. Cum uero uigilie prolongantur, & somnus minuitur, addit desiccationem corpori & caliditatem, & corruptit humiditatem corporis, & facit oculos concauos apparere.

Eligitur Vo-  
mito Luna exi-  
stente in mālio  
nibus Septen-  
trionalib, con-  
ſucta planetæ  
retrogradō.

Apta huic que  
supra fol. 29.  
Canone. 33.

I 3



Ebrisetas. Vomitus. Raphani. Somnus. Confabulator. Loquēs in somnis

Vigilie.